# La lacune de l'*Epistula* 177 de saint Augustin

L'*Epistula* 177 de saint Augustin, au cinquième paragraphe, comporte une lacune d'une ligne et demi.

Al. Goldbacher, éditeur de l'*Epistula* 177, dans l'apparat critique correspondant à la lacune, indique les hypothèses diverses avancées pour la combler : celle des Mauristes qui proposent *Luc* 12, 35 : *sint lumbi vestri praecincti* ; celle de Quesnel qui avance *Eccli.* 18, 30 : *a voluptatibus tuis avertere* ; une troisième qui cite *Ex.* 20, 17 : *non concupisces.* Lui-même, Goldbacher ne se prononce pas (*CSEL* t. 44, p. 674).

Sans doute, aucun des éditeurs n'a-t-il eu en mains au même moment l'*Epistula* 177 et le *Sermo* qui se trouve dans les fragments recueillis par Eugippius.

La comparaison des deux textes montre leur parallélisme : 1) même raisonnement : nous avons reçu des préceptes qui s'adressent à notre volonté ; nous devons prier pour avoir la grâce d'accomplir les préceptes ; l'Écriture enseigne les deux obligations ; 2) mêmes exemples : intelligence, sagesse, continence (l'*Epistula* donne deux exemples supplémentaires) ; 3) pour chaque exemple, les mêmes appuis bibliques sont fournis : pour l'intelligence *Ps.* 31, 9 et *Ps.* 118, 73 ; pour la sagesse, *Ps.* 93, 8 et *Iac* 1, 5 ; pour la continence, de part et d'autre *Sap.* 8, 21 enjoint de prier pour obtenir la continence ; quant au précepte de la continence, le sermon fournit le verset de la première Épître à Timothée *I Tim.* 5, 22b : *Contine te ipsum.* Il paraît très probable qu'il faille rétablir ce dernier texte pour combler la lacune de l'*Epistula* 177. Il a l'avantage de renfermer le mot *contine* (terme que ne possède aucun des trois autres versets proposés). La seconde partie de la lacune a été très justement comblée par Goldbacher qui a reproduit le fragment de phrase utilisé par Augustin déjà deux fois dans l'exposé : *et tamen oratur, ut habeamus continentiam, ubi dicitur.* Ce fragment, la première fois, renferme le mot *intellectum,* la seconde fois *sapientiam* ; il doit normalement renfermer le mot *continentiam* la troisième fois. Il est donc tout à fait correct que les deux versets

scripturaires relatifs à la continence renferment le mot lui-même (verbe (ou nom), ce qui est observé en *I Tim.* 5, $22^{b}$ et *Sap.* 8, 21.

Il faut d'ailleurs remarquer que le verset *I Tim.* 5, $22^{b}$ est rare dans l'œuvre d'Augustin. On le retrouve en *De gratia et libero arbitrio* 4, 7. Avant le pélagianisme, Augustin cite *I Tim.* 5, $22^{b}$ selon la leçon *te ipsum castum custodi* dans trois textes du dossier donatiste (*Contra Ep. Parm.* III, 1 (2) ; *Contra litt. Pet.* II, 106 (243) ; *Contra Cresc.* III, 36 (40), ici sous la plume de Cresconius. On peut donc penser que le fragment de Sermon en question ici est d'une date proche de celle de l'*Epistula* 177 (416).

*Epistula* 177, 5 ; C.S.E.L. 44, 673-4.

Distinguenda est lex et gratia. Lex iubere novit, gratia iuvare. Nec lex iuberet, nisi esset voluntas, nec gratia iuvaret, si sat esset voluntas. Iubetur, ut habeamus intellectum, ubi dicitur : *Nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est intellectus* (*Ps.* 31, 9), et tamen oramus, ut habeamus intellectum, ubi dicitur : *Da mihi intellectum, ut discam mandata tua* (*Ps.* 118, 73). — Iubetur ut habeamus sapientiam, ubi dicitur. *Stulti aliquando sapite* (*Ps.* 93, 8), et tamen oratur, ut habeamus sapientiam, ubi dicitur : *Si quis autem vestrum indiget sapientiam, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter et non inproperat, et dabitur ei* (*Iac* 1, 5). — Iubetur ut habeamus continentiam, ubi dicitur : ........................ (et tamen oratur, ut habeamus continentiam, ubi dicitur) : *Cum scirem, quia nemo potest esse continens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat sapientiae scire, cuius esset hoc donum, adii Dominum et deprecatus sum illum* (*Sap.* 8, 21). Postremo, ne nimium longum sit cuncta percurrere, iubetur ut non faciamus malum, ubi dicitur : *Declina a malo* (*Ps.* 36, $27^{a}$), et tamen oratur, ut non faciamus malum, ubi dicitur : *Oramus autem ad Dominum, ne quid faciatis mali* (*II Cor.* 13,7). Iubetur, ut faciamus bonum, ubi dicitur : *Declina a malo et fac bonum* (*Ps.* 36, 27), et tamen oratur, ut faciamus bonum, ubi dicitur : *Non cessamus pro vobis orantes et postulantes* (*Col.* 1, 9) ; atque inter cetera, quae illis orat, dicit : *Ut ambuletis digne Deo in omne placitum, in omni opere et sermone bono* (*Col.* 1, 10). Sicut ergo

*Sermo, Fragm.* (ex Eug.) 4 ; PL. t. 39, c 1722

Ergo, fratres, quando praecipitur, agnoscite voluntatis arbitrium ; quando oratur quod praecipitur, agnoscite gratiae beneficium. Utrumque enim in Scripturis habes : et praecipitur, et oratur ; quod praecipitur, hoc oratur. Videte quod dico. Praecipitur ut intelligamus. Quomodo praecipitur ut intelligamus ? *Nolite esse sicut equus et mulus, non habentes intellectum* (*Ps.* 31, 9). Audisti quia iussum est ; pete, ut possis implere quod iussum est. Quomodo, inquis, peto ? Audi Scripturam. Quid tibi iussum est ? *Nolite esse sicut equus et mulus, non habentes intellectum.* Quia iussum est, agnovisti voluntatem ; audi quia oratur, ut agnoscas gratiam. *Da mihi intellectum, ut discam mandata tua* (*Ps.* 118, 73). — Iussum est ut habeamus sapientiam : quia iussum est lego. Ubi legis, inquit ? Audite : *Qui insipientes estis in populo et stulti, aliquando sapite* (*Ps.* 93, 8). Iam ille quid dicit ? Vides quomodo nobis praecepit Deus ut sapiamus. Ergo sapientia in nostra est potestate ? Iam dixi, praeceptum audivi, voluntatem cognovi : audi orationem, ut gratiam tu possis agnoscere. De sapientia igitur, quae iussa est nobis, audiamus quid dicat Apostolus Iacobus : *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter* (*Iac* 1, 5). Iubetur nobis continentia. Ubi iubetur ? Apostolus ad Timotheum : *Contine te ipsum* (*I Tim.* 5, 22). Iussio est, praeceptio est, audiendum est, faciendum est : sed nisi Deus adiuvet, remanemus. Conamur quidem facere voluntate, et nititur aliquid voluntas ; non praesumat potestas, nisi adiuvetur infir-

agnoscimus voluntatem, cum haec praecipiuntur, sic et ipse agnoscat gratiam, cum petuntur.

mitas. Certe enim iussum est : *Contine te ipsum.* Audi alium locum Scripturae : *Et cum scirem, inquit, quia nemo esse potest continens, nisi Deus det ; et hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc donum.* Et quid, inquit, feci ? *Adii Dominum et deprecatus sum* (*Sap.* 8, 21). Quid opus est multa percurrere, fratres mei ? Quidquid nobis iubetur, orandum est ut impleatur...

A.-M. La Bonnardière

*Paris, Septembre* 1968